Eſaiæ & Moyſi quomodo alius miniſteriũ recuſarit: alius vltro ſe offerens dura perpeſſus ſit ĩ
alio loco diſputauimus: ſed ne videremur aliquid præteriſſe eorũ: quaſi iudæi Deutron vocant
vel Deutroſis: & in quibus vniuerſam ſcientiã ponunt: nũc breuiter illud attigamus: quare in
hebræo ſit poſitũ: & quis ibit nobis? Sicut enĩ ĩ Geneſi dicit̃: Faciamus hominẽ ad imaginem Geñ.3.
& ſimilitudinẽ noſtrã: ita & hoc puto dictũ: & quis ibit nobis? Nobis autẽ quibus aliis exiſti
mandũ eſt: niſi patri & filio & ſpiritui ſancto? quibus vadit quicũq; eorum obſequit̃ voluntati.
Et in eo quidẽ ꝙ vnius loquẽtis perſona ꝓponitur: diuinitatis eſt vnitas. In eo vero ꝙ dicit̃ no
bis: perſonarũ diuerſitas indicat̃. Legimus in cãticis canticorum vocẽ ſpõſi dicẽtis ad ſponſam:
Surge veni proxima mea: ſponſa mea: colũba mea: quia ecce hyems tranſiit: pluuia abiit ſibi. Cañ.2.
Quãdo enĩ anima in cogitatione tranquillitatẽ ſentit: quãdo ſupra petrã fundata eſt: & fides ei
us alta radice fixa eſt: vniuerſi tẽptationũ fluctus ſibi pertranſeũt: & ei non pertranſeũt: qui tẽ⸗
tatur. Notãdũ autẽ quomodo ad id qđ dñs dixerat: quẽ mittã: & quis ibit nobis? Propheta ex
ꝑte reſpõderit. Ecce ego: mitte me: & de ſequenti tacuerit: Intelligens nullũ hominẽ dignũ eſſe
qui deo pergeret: & omne iter ſuũ eius faceret eſſe qui mitteret: quã humilitatẽ dñs aduertens:
ꝙ ſe ſequẽdi putaret indignũ: impauit ſequẽtia dicens. Vade. Septuaginta: Et dixit ego ſum:
mitte me. Aquila & Theodotion: Ecce adſum: mitte me. Symmachus: Ecce mitte me: deus qui
vocat ea quæ non ſunt quaſi ſint: & qui dixit: Ego ſum qui ſum. Et alibi: Qui ẽ miſit me: quoſ Exo.4.
cũq; vocauerit: ſtatim facit ſubſiſtere: qđ ſatis claret exemplis in viuẽte Matheo euãgeliſta: & Mar.2.
in Lazaro quadriduano iam mortuo: qui ſtatim vt ſunt vocati a domino: & ille ſepulchrũ aua⸗ Io.11.
ritiæ reliquit: & ille ſuæ mortis. Quoniã oĩa quæ abſq; eo ſunt: non ſunt. Vnde ꝓpheta pur⸗
gatus a vitiis auſus eſt dicere: Ecce ego ſum: licet in latinis codicibus propter interpretũ varie⸗
tatem ſum non ſit appoſitũ. Quidã obſeruandũ putant: ad quos ꝓphetas mittẽtis aut miſſi ſer⸗
mo dicatur: qđ eſt græcæ apoſtolus. Et hanc eſſe differentiã volunt: vt quicũq; mittant̃: & pro⸗
phetæ ſint pariter & apoſtoli: ad quos vero mittentis ſermo nõ ponit̃: tm̃ prophetæ ſint: quod
ego ſuperfluũ puto. Et quia ſemel ad tractatũ iſtius vocabuli venimus. Sciendũ: Syleam colle⸗
gam Pauli lingua hebræa apoſtolũ dici: qui cum eo nõnullas epiſtolas ſcribit. Et vitioſe Silua⸗
nus legitur pro Sylea: cum Siluanũ in apoſtolorũ actibus non legamus.

Hieronymus ad Euagriũ preſbyterũ de Melchiſedech: reprehendẽs eos qui putabant illum
vel angelum fuiſſe vel ſpiritũ: ſcilicet docens illũ ſcđm veteres interpretes hominẽ & regẽ fu⸗
iſſe: qui typum ſacerdotii geſſerit ſaluatoris: & ſcđm hebræos Sem fuiſſe primogenitus Noe:
exponens etiã quod eo ſcribit̃ Geneſis. xvi. apud apoſtolũ ad Hebræos. vii. c.

Epiſtola. .V.

MIſiſti volumẽ mihi ανώγγνμόνα δ᾽ ἐσπόΤόν id ẽ. ſine titulo: & neſcio vtrũ tu de titulo
nomẽ ſubtraxeris: an ille qui ſcripſit: vt periculũ fugeret diſputãdi: auctorem noluerit
confiteri: qđ cũ legiſſem: intellexi famoſiſſimã quæſtionẽ ſuꝑ põtifice Melchiſedech
illuc plurimis argumẽtis eſſe perductã: vt docere conatus ſit: eum qui benedixerit tãto patriar⸗
chæ diuinioris naturæ fuiſſe: nec de hominibus æſtimandũ. Et ad extremũ auſus eſt dicere ſpiri
tum ſanctũ occurriſſe Abrae: & ipſum eſſe qui ſub hominis figura viſus ſit. Quõ autẽ ſpiritus⸗
ſanctus panẽ vinũq; protulerit: & decimas prædæ quas Abrahã victis quatuor regibus reporta
ret accepit: omnino tãgere noluit: petiſq; vt quid mihi vel de ſcriptore vel de quæſtione videat̃
reſpondeã. Fateor volui diſſimulare ſententiã: nec me periculoſo miſcere tractatui: in quo qđ⸗
cũq; dixiſſem: repræhẽſores habiturus forẽ. Sed rurſum cũ epiſtolã legerem: & inueniſſem ex⸗
trema pagella miris me obteſtationibus adiuratũ ne ſpernerẽ peccatorẽ: reuolui veterum libros:
vt viderem quid ſinguli dicerẽt: & tibi quaſi de multorum conſilio reſponderẽ: ſtatimq; in fronte
Geneſeos primã homeliarum Origenis repperi ſcriptã de Melchiſedech: in qua multiplici ſermo
ne diſputans illuc deuolutus eſt: vt eũ angelũ diceret. Iiſdẽq; pene argumentis quibus ſcriptor
tuus de ſpiritu ſancto: ille de ſuꝑnis virtutibus eſt locutus. Tranſiui ad Didymũ ſectatorẽ eius:
& vidi hominẽ pedibus in magiſtri iiſſe ſentẽtiã: verti me ad Hippolitũ Herenæũ Euſebiũ ce⸗
ſarieñ. & Emiſcenũ Apollinarẽ quoq; & noſtrũ Euſtachium: qui primus Antiochenæ eccleſiæ
epiſcopus cõtra Arriũ clariſſima tuba bellicũ canticũ cecinit: & depræhẽdi horũ omniũ opinio
nes diuerſis argumẽtationibus ac diuerticulis ad vnũ compitũ perueniſſe: vt dicerẽt Melchiſe⸗
dech hominẽ fuiſſe ac chananeũ: regẽ vrbis Hieroſolymæ quæ primũ Salẽ: poſtea Hiebus: ad
extremũ Hieruſalẽ appellata ſit: nec mirũ eſſe ſi ſacerdos dei altiſſimi deſcribat̃ abſq; circũciſio
ne & legalibus cerimoniis & genere Aaron: cũ Abel quoq; & Enoch & Noe placuerint deo: &
victimas obtulerint: & in Iob volumie legimus: ꝙ ipſe & oblator munerum fuerit: & ſacerdos: & Iob.1.

B

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-604/0339
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt